

74
DECISIO

S. ROTÆ ROMANÆ

Coram R. P. D.

MERLINO

IN CAUSA

Cordubensium Decimarum de Lucena.



ROMÆ, Ex Typographia Reu. Cam. Apost. MDCXXXIX.

SVPERIORVM PERMISSV.

DECELSIO


ROTH ROMANE

R. D.

MERLINO

A 2 7 2 1

...



...

Luna 7. Februarij 1639.



ER sententiam Roralem coram Reuerendiss. D. meo Decano, præmissis multis decisionibus, fuit pronuntiata, R. P. Præuincialem Præuincie Beticæ, & Patres Societatis IESV, ex Indultis, & Priuilegijs Apostolicis, exemptos esse, & immunes à solutione Decimarum super bonis, per dictos Patres Societatis possessis, nec eis obstat moderations sël. rec. Leonis XI. & Sanctissimi D. Nostri, impositumque fuit Excellentissimo D. Duci

Cardonæ super petitione istarum Decimarum perpetuum silentium, hæcque sententia, iterum negotio noua disputatione discussio, fuit præcisè confirmata coram R. P. D. meo Carillo; Et hodie vnanimiter coram me, examinatis omnibus decisionibus, responsum fuit, dictas sententias Rorales esse validas, & iustas, & ideo confirmandas.

Validæ, quia seruatis omnibus rite latæ sunt, nihilque prætermisum, quod ad telam iudiciariam requiratur.

Non obstat, quod coram R. P. D. meo Carillo insteterint Agentes Excellentissimi D. Ducis pro admissione articulorum, & illis denegata, & interposita appellatio deuentum fuit ad publicationem, sententis, & ideo tanquam lata pendente appositione fuerit nulla dicta sententia, *Castr. conf. 28 l. nu. 5. in princ. vers. 2. quia lib. 1. Crau. conf. 103. nu. 5. Magon. decif. Lucen. 37. num. 7.* & dabatur appellatio ab huiusmodi denegata ad admissionem articulorum, *Bald. in arbitrio tuo nu. 4. vers. id ergo, ff. qui satisd. cog. Surd. decif. 36. per tot. Ofsch. decif. 25. nu. 14. vers. contrarium tamen, Rota Auinionen. decif. 102. num. 2.* Quoniam hæc conclusio non procedit quando articuli continent materiam nõ reualem, & probationes, quæ ex articulis debent resulsare, sunt impertinentes, si enim Iudex tales articulos reijcit, non grauat, *Bart. in l. 2. nu. 25. vers. 3. quæro. ff. de appell. Bald. in l. 2. nu. 19. quæst. 13. C. de Episcop. aud.* Si autem non grauat Iudex, nec consequenter pars legitimæ appellat, & in terminis admissionis articulorum in Curia fuit resolutum in *Maceraten. legitimata 2. Lunij 1629. & 18. Febr. 1630. coram Reuerendiss. Vrgellen.* quæ sunt inter eius impress. illa decif. 213. hæc decif. 239. *Rot. decif. vlt. nu. 3. & seqq. par. 1. rec. & tradit Sacc. de appell. quæst. 17. limit. 47. membr. l. n. 141.* Quod autem materia articulata esset irreleuans, & impertinens, luculenter patet ex *decisione emanata in hac causa 5. Iulij superioris anni vers. irreleuantia coram R. P. D. Carillo.*

Nec dicatur quod fuit petum, admitti articulos in Curia, quo casu nunquã solet denegari examen, *Caputaq. decif. 47. par. 1. Rot. acif. 24. de testib. in antiq.* Quia istæ decisiones intelligantur quatenus probationes, ex d.

examine faciendæ, sint profutura, vt colligitur *ex ead. decis. 2.4. de testib. in antiq. ibi, vt tamen sint boni, & pertinentes in materia, & forma, & tradit idem Caputaq. decis. 68. par. 3. ibi, Dummodo sint releuantes; frustra enim expeçtamus probationes, quæ nõ releuât, Cassad. dec. 2. de dilat. Roz. decis. vii. nu. 3. & 6. par. 5. rec.* Nec D. meus Catillus detulit appellationi, nec à se abdicauit Iurisdictionem, dum simpliciter dedit testimoniales, ex quibus solum resultat testimonium Iudicis circa illud factum, quod nõ pe pars appellauit, & per tales testimoniales nihil dicitur à Iudice approbatum circa admissionem appellationis, vt post alios explicat *Scacc. de appell. quest. 13. num. 6.*

Iustitia autem sententiarum benè deducitur ex priuilegijs, & indultis, concessis Societati IESV per *sel. rec. Paulum III. Pium IV. Gregorium XIII., in quibus Societas, & singula Collegia eximuntur à quibuscumq; decimis, & vberrimis, & amplissimis clausulis huiusmodi indulta munjuntur, & signanter derogatur cap. nuper de decim. quod promulgatũ fuit in Concilio generali, & huiusmodi indulta Societatis IESV pluries in Rota fuerunt discussa, & semper canonizata, vt in decisionib. bo. me. Bubali, & in tribus sententijs eiusdem Bubali, Seraph. & Blanchetti, vt habetur apud *Leoz. in Tresor. Eccles. par. 2. c. 24. nu. 71. & omnes allegantur in decisione Ciuitatis Castellii decimarũ 25. Junij 1629. corã R. P. D. meo Ghislerio.**

Neq; obstat illa immemorabilis, per centum, & ultra testes, iustificata, quod *Excellentiss. D. Dux Cardona, & eius Antecessores* perceperint omnes Decimas in Agro Luceni, quoniam iterum Domini pro responsione, repetebant duas conclusiones à Doctoribus frequenter receptas, & à Rota millies approbatas.

Prima quod sola immemorabilis, & quæcumque antiquissima consuetudo, non suffragatur laico, vt decimas Ecclesiasticas recipiat, *c. ad hæc de decim. c. causam qua, de prescript. Felin in c. cum contingat nu. 4. vers. 2. Fallis, de for. compe. Marc. Mani. in c. vigilanti sub num. 5. de prescript. Zabarell. conf. 88. nu. 4. Menoch. conf. 291. num. 41. Peregr. de iur. fisc. lib. 6. tit. 8. nu. 19. & decis. 143. nu. 4. & decis. 144. nu. 3. Rota in Mediolanen. rescis. sionis permutations 21. Mayj 1597. coram Phamphilio, in Valentina Decimarum de Ayora 27. Nouemb. 1602. coram Penia.* Cum enim à iure Diuino instituta, & præcepta fuerint in subsidium, & alimentum Sacerdotum, & Dei Ministrorum, vt Populo spiritualia ministrâtes, temporalibus non egeant, & sic dicuntur de Sanctuario Dei, & sunt cibus in Domo Domini, & etiã in recognitionem Domini vniuersalis ipsius Dei, huiusmodi Decimæ eidem Deo, & per ministerium illius Sacerdotum, & Ministrorum, quasi eiudem Dei Procuratorum, exhibendæ sunt, *c. reuertimini 16. quest. 1. c. admonemus 16. quest. 2. Abb in c. tua nobis nu. 4. & in c. in ali. quibus nu. 3. & 9. de decim. Rip. resp. 26. nu. 14. Peregr. decis. 143. nu. 3. 4.*

Non

Non autem laicis, qui omnino huiusmodi rerum spiritualium in capaces sunt, c. placuit, & c. peruenit 16. quest. 4. c. prohibemus de decimis. c. cum ex plantare de privileg. Abb. in c. quamvis nu. 1. Et 2. Et in corā bac au. 3. de decim. Felin. in c. causam que nu. 3. de prescript. Marz. Man. id. c. vigiliantia d. num. 5. eod. tit. de prescript. Zabarell. d. cons. 88. nu. 3. Menoch. d. cons. 291. nu. 42. Gioan. conf. 27. num. 3. Et 4. lib. 2. Peregr. conf. 74. nu. 2. Et 17. lib. 1. Et d. decis. 443. num. 4.

Altera conclusio est, quod immemorabilis eatenus suffragatur laico electi perceptionem decimarum, si addatur, & concurrat, vel fama privilegij, vel recognitio, vel aliud equipollens proberur, ita To. Anar. in c. cū Apostolica sub nu. 9. & ibidem etiam Abb. nu. 12. vers. 1. quod iste laicus de his que sunt à Prelat. Felin. in d. c. causam que nu. 3. de prescript. Et 2. c. cum contingat d. nu. 4. vers. si tamen simul, de for. competi. Rep. in c. decernimus nu. 7. vers. contrarium est verius, de iudic. & sequitur Aufror. ad Cappell. T. hof. decis. 440. sub nu. 2. vers. primum quando; Gabr. de prescript. conch. 1. nu. 18. Menoch. de presumpt. lib. 6. presumpt. 86. num. 5. Et 6. Et d. conf. 291. num. 42. Peregr. de iur. fisci lib. 6. tit. 8. nu. 22. & tenuit Rota decis. 215. nu. 2. par. 2. diu. Seraph. decis. 1102. nu. 1. Mant. decis. 289. nu. 2. Et coram Pontificio in illa Mediolanon. rescissionis permutationis, & coram Roma in illa Valentina Decimarum de Ayora; Monet. de decim. cap. 5. quest. 3. nu. 59. vers. in concessione decimarum, & fuit doctissime explicatum in 3. decisione Reuerendissimi D. mei Decani.

Verum nullum ex præmissis in hoc casu obstat Patribus Societatis LESV quomodo fruantur exemptione decimarum, sibi à tot Romanis Pontificibus concessarum.

Non fama Privilegij, quia si, ne dum fama Privilegij, sed etiam ipsum Privilegium exhibeatur, adhuc Patres gauderent eorum indultis; quamvis enim aliter aliquando Rota senserit, hodie postquam diligentissime examinavit articulum, retinet sententiam, quod indulta Apostolica, circa exemptionem à solutione decimarum antiquarum, suffragentur, nedum contra Rectores, & alios, qui de iure communi percipiunt decimas, sed etiam contra illos, quibus, ex iure speciali competit tale ius decimas exigendi, & sunt in possessione istius iuris decimandi, Papa quippe sciebat alicui præiudicare, dum exemptionem concedebat a solutione decimarum, nec distinguebatur in quem caderet præiudicium, solumque; præ oculis habebat fauorem illius, cuius meritis erga Ecclesiam, rependebatur, dū immunē fecit à decimis, ita dicit Cassad. dec. 1. n. 1. de priuil. perpenis illis verbis, quia Papa Iulius sciebat, quod præiudicabat his, quibus de iure communit, vel alias, decima erat debita, & Caputaq. decis. 263. lib. 1. in manuscr. firmavit, Rota in Valentina Decimarum 10. Decemb. 1601. corā bo. me. Lissa, qua est decis. 48. par. 1. rec. in Gerunden. Decimarum 5. Iulij 1621. corā bo. me.

me. Manzanedo. in Placen. Cauonicatus s. Decemb. 1614. coram Reuerendiss. D. meo Decano. & sequuta est in hac causa in omnibus decisionibus iam coram Reuerendiss. D. meo Decano, quam coram R.P.D. meo Carillo, & est etiam decis. in Conchen. exemptionis decimarum 30. Ianuarij 1589. coram Oratio, & prius etiam idem sensit Abb. in c. dudum n. 1. vers. & potest esse. de priuileg. ibi, Papa, concedendo priuilegium, uoluit derogare possessoribus, & ibi, Hostien. nu. 6. vers. nec obstat, Io. Andr. n. 5. circa fin. & Zabarell. n. 1. circa fin. vers. ubi quero, & alij, quos allegat d. decis. 48, n. 1. par. 1. rec. Egrege vident. Zaf. conf. 16. per tot. precipue n. 7. 12. & 18. vers. quod si etiam, qui loquitur etiam stante immemorabili prescriptione exigendi decimas, vt patet ex principio ante nu. 1. Siquē tota vis istius articuli consistit in voluntate Papę, scilicet, quibus uoluerit præiudicare, dem alteri concessit immunitatem à solutione decimarum; certē, si indubitanter intellexit præiudicare illis, quibus de iure communi, & quidem Diuino, competit decima, nempe Rectoribus Ecclesiarum, qui etiam ex causa onerosa, nempe administrationis Sacramentorum, exigunt decimas; & qui perpetuo sustinent pondus dici, & ætus, multo magis dicendum est uoluisse præiudicare laicis, & quibus solum ex priuilegio, & sic iure positiuo, quamuis etiam ex causa semel onerosa præsumpta, concessum fuit ius decimandi; vt perpendit d. decis. 48, num. 1. par. 1. rec. & in simili etiam nota in Mantuana pensionis 13. Nouemb. 1626. coram me, quę est decis. 24. par. 5. recent.

Nec infeudatio seu recognitio potest suffragari Excellen. D. Duci, quia non probatur; nec potest deduci ex sola immemorabili, quę quidē ualet producere meliorē titulū de mudo, sed hoc intelligitur, quatenus titulus allegatus, sit cōgruus, possibilis, & proportionabilis, vt dixit Rot. in Cracouien. Iurislegendi 21. Maij 1627. coram Reuerendissimo D. meo Decano, quę est dec. 71. par. 5. rec. & in eadem 3. Decemb. 1629. corā R.P.D. meo Ghislerio quę est dec. 325. ead. par. 5. Hic autem titulus infeudationis non est proportionabilis, quia, si D. Dux uult allegare maiores suos fuisse infeudatos de hoc iure decimandi, deberet constare, quod recognouerint dominium directum Ecclesię, & quod ipse, & Antecessores sui se profitebātur Vassallos Ecclesię, ratione istius Iuris decimandi, Io. Andr. in d. c. cum Apostolica sub nu. 9. vers. ad alias dic. ibi, ubi non possedisset ut Vassallus, & ibidem Abb. n. 12. Rebuff. de decim. q. 13. num. 76. Peregr. de Iur. fist. lib. 6. tit. 8. n. 22. & dec. 144. n. 12. Menoch. d. conf. 291. n. 43. & 44. Infeudatio enim est contractus utrocitroq; obligationis, Abb. in c. quę Ecclesiarum n. 15. de constit. Paris. conf. 22. n. 47. & conf. 23. n. 79. lib. 1. & in conf. 7. n. 31. lib. 1. & sic, si Ecclesia infeudauit, debet etiā doceri de adimplemento Vassali per recognitiōē, arg. l. Iulian. § offerre, ff. de act. empti & ex not. per Bart. in l. quero, § inter locat. ff. locat. & facit d. dec. 215. n. 4. § 6. p. 2. diu.

Præterea, aut istam infeudationem Excellentiss. D. Dux deducit post Concilium Lateranense, quod sub Alexandro III. editum fuit anno 1179, & talis titulus non suffragatur, quia ibi acerrime impugnata fuit, & prohibita infeudatio decimarum, nec id eod tenet infeudatio laicis facta post d. Concilium d. c. cum Apostolica, de his, que sunt à Prælat. d. o. prohibemus, de decimis. Et c. 2. S. sanè, eod. tit. in 6. Couar. var. resp. lib. 1. cap. 17. n. 4. vers. olim sanè. Azor. in summ. par. 1. lib. 7. cap. 36. alias 25. quæst. 13. Monet. de decim. dicto cap. 9. quæst. 3. nu. 66.

Aut vult allegare infeudationem ante d. Concilium, quæ illo tempore omnino non erat interdicta infeudatio decimarum in fauorem laicorum, vt per Couar. & alios præalleg. Doctores; Et hæc possibilitas non congruit casui nostro, quia ante, & de tempore Concilij Lateranensis Corduba, & Lucena laborabant sub tyrannide Maurorum, à quibus solum vindicatae fuerunt longe post expletum Concilium Lateranense, nempe de anno 1240, vt eleganter ex temporis Chronologia, & rerù Hispaniarù Scriptioribus deducitur in vlt. decis. 29. Magis præteriti corâ R. P. D. meo Carillo.

Nec releuat, si diceretur, ex illa immemorabili potest allegari, quod istud, in decimandi fuerit infeudatum priusquam Corduba, & Lucena in seruitutem Maurorum inciderent, & sic ante Concilium Lateranens, libertate vero vindicata, post Concilium, iterum laicis fuerunt infeudatæ decimæ, quoniam nec talis titulus sufficeret; licet enim in aliquibus casibus posset ante Concilium Lateranense fieri laicis infeudatio decimarum, at tamen post Concilium non potest repeti infeudatio decimarum, eorum demeritiam bonorum, vt bene explicat Felin. in d. v. sanctam qua, sub nu. 4. vers. facit etiam, de præscript. Imol. in c. cum Apostolica nu. 19. Et seqq. de dis, quæ sunt à Prælat. Beto. conf. 21. nu. 9. 12. Et 19. lib. 1. Couar. var. resp. d. v. 17. sub nu. 3. vers. præter hęc, Menoch. d. præsumpt. 86. sub nu. 5. Rebuffi. de decim. quæst. 10. nu. 12. Et seqq. Monet. eod. tract. d. c. 5. q. 3. nu. 73. Gionagni. d. conf. 27. nu. 38. lib. 2.

Deniq; nec suffragari potest aliud æquipellens, quia nullum deducitur sufficiens, & Canonistæ nullum efficaciorum titulum deducunt, quam infeudationem, & tamen, vt supra ostensum fuit, hic non sufficit. Nec titulus diuinitus ab informantibus pro D. Duce, scilicet, titulus ex causa onerosa, cui non intelligitur in dubio derogatù, potest excludere Patres Societatis IESV; quoniam quod Antecessores D. Ducis habere potuerint hoc ius decimandi ex causa onerosâ, facit quidem, vt ipse D. Dux possit exigere decimas, & si Papa alteri concederet priuilegium exigendi decimas, non censeretur in dubio tollere ius ex causa onerosâ, prius competens ipsi Excellentiss. D. Duci circa exactionem decimarum, sed hæc causa onerosâ non facit, nec impedit, quin Papa alteri amplissimum clausulis, & derogatorijs, concedendo exemptionem à solutione decimarum, volue-

voluerit præiudicare ipsi, etiam habenti ex causa, præsumpta tamen onerosa, quia, concedendo exemptionem, intelligitur præiudicare illi (qualiscumque ille sit) qui decimas exigebat. Nec de defectu intentionis Papæ hic potest dari, cum ipsa materia exemptionis à solutione decimarum sit sui natura præiudicialis. Nec distinctio faciendâ est personarum, quæ percipiunt decimas, immò credendum est, Papam facilius vosuisse præiudicare laico, cui impropria, & in congruissimâ est exactio decimarum spiritualis, quamvis habeat ex titulo præsumpto oneroso, quam Rectoribus Ecclesiarum, quibus ab ipso Deo ex titulo vero, & ob continuam onerosam Ecclesiastici Regiminis, Decima assignata fuit: Et esset absurdissimum, quod ius decimandi esset potentius, & efficacius penes laicos ex titulo præsumpto, quam penes Parochos, qui titulum verum habent, ut optime considerat *Zaf. d. conf. 16. nu. 12. viden.* quod absurdum sequeretur, dum Patres Societatis IESV essent immunes à solutione decimarum respectu Parochorum, & non essent immunes respectu laici, qui tamen plus iuris in istis decimis habere non potest, quam habeat Parochus, in cuius locum ex quocumque titulo præsumpto oneroso, succedit, & est subrogatus.

Nec prædictis obstat videntur tradita per *To. Andr. in c. nuper. n. 4. de decimis & alios concord.* quoniam videntur loqui contra communem, & à Rota approbatam opinionem, quæ est, ut privilegia Papalia, & circa exemptionem à decimis solvendis, favent contra quoscumque, etiam titulo specialiter decimas percipientes, ut *To. Andr.* loquitur in laico, qui titulum verum, & patentem haberet ante Concilium Lateranense Excellentissimæ a. e. m. D. Dux habet solum titulum præsumptum, & est impossibile, vel saltem multum inверsimile, quod et competat ante d. Concilium, ex supra deductis. Præsertim, cum privilegium concessum Patribus Societatis IESV, sit etiam concessum ex causa onerosâ, inquit nempe laborum, quos egrègiè sustinent ipsi, & utiliter pro Christianâ Republicâ. Unde facilius etiâ censeretur derogatum cuiuscumque iuri, etiam ex causa onerosâ, laicis competenti, circa exactiorem decimarum, ex tradit per *Gonzal. ad reg. 8. glof. 28. num. 26.* Maxime, quia per hoc privilegium exemptionis non multum lædatur ius laici, & privilegium Societatis IESV habet clausulas, & derogationes amplissimas, etiam si à Regibus, & quibuscumque Principibus exigantur; Placueruntque Dominis aliæ responsiones circa hunc titulum præsumptum ex causa onerosâ, datæ in prædictis decisionibus coram Reverendissimo D. meo Decano, & R. P. D. meo Carillo.

Et ita, virâque parte informante, fuit resolutum, sententias Rotales esse validas, & iustas, & idè confirmandas.